

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 289

**Auteur(s)** : Guillaume de Moulins-la-Marche [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : Chartres, Saint-Père (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1079-1100]

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Geoffroy le Noir, moine de Saint-Père de Chartres et procurator de Planches, notifie l'abandon, fait par Guillaume de Moulins [-la-Marche] et son fils Robert, des mauvaises coutumes exigées à Planches, à l'exception des travaux de fortification du château de Moulins.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Guérard Benjamin, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Père de Chartres*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1ère série. Histoire politique), 1840, 2 vol., t. 1, p. 230-231.

## Dissertation critique

Les bornes chronologiques proposées sont celles du début de l'abbatit d'Eustache, abbé de Saint-Père de Chartres (1079-1101) et de la mort de Guillaume de Moulins-la-Marche en 1100.

Texte établi d'après a

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Notum esse volumus omnibus christianæ fidei cultoribus, tam præsentibus quam succedentibus, ego Gausfridus, prænomine Niger, monachus scilicet cænobii sancti Petri Carnotensis, sub abbate Eustachio loci Plancarum procurator, quod, multis precibus flexus, domnus VVilhelmus de Molinis castro pravas consuetudines, quæ paulatim inoleverant, per iniquos servientes, in loco Plancarum suo tempore, eas quidem ex integro Deo et ejus genitrici virgini Mariæ atque beato apostolo Petro, per assensum filii sui Rodberti, pro animæ suæ remedio, condonavit, donumque super altare sanctæ Mariæ Plancis publice posuit ; eo videlicet tenore, ut deinceps nullus successorum suorum in prefato loco aliquam consuetudinem umquam exigit, non teloneum, non bannum, non incendium, non latronem, non carrucas ; sed sit ipse locus liberrimus ab omni exactione et consuetudine, preter unam rem, id est munitionem prefati castris ; atque, cum tempus exegerit, incolæ memorati loci muniant ostensum sibi locum in predicto castro ; teloneum quoque, quod pretermisimus tam ab incolis loci quam a forensibus hominibus, totum, sicut prælibavimus, remisit, exceptis solummodo burgensibus Molinorum castris. Unde cartulam hanc fieri voluimus, ut, si quis profanus umquam violare vel contraire huic largitioni temptaverit, nisi cito resipuerit et ad emendationis satisfactionem confugerit, in inferno excipiat pœnas Judæ traditoris et illorum qui Christum crucifixerunt. Testes hujus donationis subscripti fuerunt hii : Gualterius de Asperis, et frater ejus Ingenulfus ; Balduinus de Mellente castro, Rotgerius dapifer, VVilhelmus sacerdos, VViddo de Medante castro, et Stephanus ; Rotbertus, armiger ejus ; Rotgerius, et Tescelinus de Scagiolis ; Joscelinus, filius Ricoardi, et Rotbertus, filius ejus. Ex parte abbatis Eustachii : Guarinus sacerdos, Ernulfus clericus, Rainoldus Rufus, Rogerius, filius VViddonis presbiteri ; Corbellus et Beroldus, filius ejus ;

Richerius et Gualterius, majores ; Fulchardus, Gunbaldus, Laurentius, Rodbertus de Jesiaco, Raimundus, Johannes Brustinus, Leodegarius, Odelinus et Guarinus.